

PRÆFATIO

tura, viribus ac facultatibus sermonē
institui, operæ premium est. Posui aut̄
figuras non omnium, sed quotquot
hoc tempore habere potui, plerasque
ex illis quos domi ipse seruo lapidi-
bus recte & graphicè depictos: ali-
quas verò ab amicis missas, Iohanne
Kentmano præsertim, non medico so-
lùm doctrina præstanti, sed omnium
naturalium rerum consultissimo o-
ptimoq; viro: cui maximam huius co-
gnitionis partem acceptā refero. Ab
eo enim & res ipsas quāmplurimas,
& descriptiones figuræq; multas ac-
cepi: quod vt virum ingenuū decet,
tam liberè fateor, quām libenter, cum
illum & maximi faciā, & summo in-
ter summos amicos loco habeam.

Scripsi autem primum hunc librū
extemporanea quadam festinatione,
historiæ stirpium nostræ iamdudum
inchoatæ, hoc tēpus veluti ad lusum
& recreationem suffuratus, vt homi-
nes harum rerū studiosos in diuersis
re-